

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symma Totius Theologiæ S. Thomæ Aquinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum pietas sit donum spiritus sancti? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

676 QVÆST. CXXI. ART. I.
¶ Secundo, quid in beatitudinibus, & fructibus ei respondeat?

A R T I C. I.

609

Virum pietas sit donum?
3. dñs. 43. A D primum sic proceditur. Videatur, quod pietas
q. 3. ar. 2. non sit donum. Dona enim à virtutibus differunt,
q. 1. ut supra habitum est. Sed pietas est quædam virtus,
* 1. 2. q. ut supra dictum est. Ergo pietas non est donum.
68. ar. 1. q. 2 Præterea, Dona excellentiora sunt virtutibus,
* q. 101. maximè moralibus, ut supra habitum est. Sed inter
ar. 3. partes iustitiae religio est potior pietate. Si ergo ali-
* 1. 2. q. qua pars iustitiae debeat poni donum, videtur quod
68. ar. 8. magis religio debeat esse donum, quam pietas.

¶ 3 Præterea. Dona manent in patria, & actus
Ibid. a. 6. donorum, ut supra habitum est. Sed actus pietatis
non potest manere in patria. Dicit enim Gregor. in 1.
¶ c. 32 pa. Moral. quod pietas, cordis viscera, misericordia o-
rum an- peribus replet. Et sic non erit in patria, ubi nulla erit
te med. miseria. Ergo pietas non est donum.

SED contra est, quod Isaïe 11. ponitur inter dona.

R E S P O N D E O dicendum, quod sicut supra
1. 2. q. 69. dictum est, dona Spiritus sancti sunt quædam habi-
t. 1. 2. q. 3. tales animæ dispositiones, quibus est promptè mobi-
lis à Spiritu sancto. Inter cetera autem mouet nos Spi-
ritus sanctus ad hoc, quod affectum quendam filia-
lem habeamus ad Deum: secundum illud Rom 8. Ac-
cepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clama-
mus, abba pater. Et quia ad pieratem propriè pertinet
officium, & cultum patri exhibere, consequens est
quod pietas, secundum quam cultum, & officium ex-
hibemus Deo, ut patri, per instinctum Spiritus sancti,
sit Spiritus sancti donum.

Ad primum ergo dicendum, quod pietas, quæ ex-
hibet patri carnali officium, & cultum, est virtus.
Sed pietas, quæ est donum, hoc exhibet Deo, ut
patri.

Ad secundum dicendum, quod exhibere cultum
Deo ut creatori, quod facit religio, est excellentius
quam

quām exhibere cultum patri carnali , quod facit pietas, quæ est virtus. Sed exhibere cultum Deo, ut patri, est adhuc excellentius , quam exhibere cultum Deo, ut creatori, & domino. Vnde religio est potior pietate virtute: sed pietas secundum quod est donum , est potior religione .

Ad tertium dicendum , quod sicut per pietatem , quæ est virtus, exhibet homo officium, & cultum non solum patri carnali , sed etiam omnibus sanguine iunctis , secundum quod pertinent ad patrem ; ita etiam pietas, secundum quod est donum, non solum exhibet cultum, & officium Deo , sed etiam omnibus hominibus, in quantum pertinent ad Deum . Et propter hoc ad ipsam pertinet honorare sanctos , non contradicere scripturæ sive intellectæ, sive non intellectæ , sicut Augustinus dicit * in secundo de Doctr. Christ. Ipsa etiam ex consequenti subuenit in miseria <sup>* ca. 7. in
prin. t. 3.</sup> constitutis. Et quamvis iste actus non habeat locum in patria, præcipue post diem iudicij, habebit tamen locum præcipuus actus eius , qui est revereri Deum, affectu filiali : quod præcipue tunc erit, secundum illud Sapient. quinto , Ecce quomodo computari sunt inter filios Dei . Erit etiam mutua honoratio sanctorum ad invicem . Nunc autem ante diem iudicij miserentur sancti etiam eorum qui in statu huius misericordie vivunt.

ARTIC. II.

Vtrum dono pietatis respondeat secunda beatitudo , scilicet , Beati mites?

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod dono pietatis non respondeat secunda beatitudo, scilicet, Beati mites. Pietas enim est donum respondens iustitiae , ad quam magis pertinet quarta beatitudo , scilicet, Beati, qui esurunt, & sitiunt iustitiam. Vel etiam quinta beatitudo, videlicet, Beati misericordes: quia , ut dictum * est , opera misericordia pertinent ad pietatem. Non ergo secunda beatitudo pertinet ad donum pietatis.

610

Sup. 9. 83
a. 9 ad 3.
1. 2. q. 69.
a. 3. ad 2.
Et 2. dis.
34. q. 1. a.
4. 10. fin.
G. ar. 6.
corp. Et
Math. 5.
60. 7.
* a. p. 25.

V 3 Q 2 Præ-